



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

X. Otto und Wartislaw, Herzöge von Pommern, genehmigen die von den Städten der Uckermark mit Heinrich von Mecklenburg getroffene Uebereinkunft und unterwerfen ihre Ansprüche der Entscheidung des ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

X. Otto und Wartislaw, Herzöge von Pommern, genehmigen die von den Städten der Ufermark mit Heinrich von Mecklenburg getroffene Uebereinkunft und unterwerfen ihre Ansprüche der Entscheidung des Herzogs Heinrich von Sachsen, am 20. Juli 1323.

Nos Otto et Wartizlaus, Dei Gratia Duces Slavorum, Cassubie et Pomeranie, Recognoscimus publice in hiis scriptis, quod ex nostro iussu ac mandato speciali fideles nostri Vasalli sinceri terre Vrensis, ac dilecti nostri Consules et Commune Ciuitatum Printzlaw et Pozewaleh, promiserunt Domino Henrico Magnopolitano, nostro awunculo dilecto, ac suis vasallis et Ciuitatibus Angermunde, Templin, Straceburch, Verstenwerder et Jaghow, in hunc modum, quod debeamus et velimus contentari in omnibus, que inter Nos et ipsum Magnopolitanum jure aut amicitia per Dominum Henricum, Ducem Saxonie, nostrum arbitrum fuerint ordinata, saltim in hiis, que per nostros milites utrobique nequeunt terminari. Et si nos ipsi uel aliqui de nostris exceßerimus post sonam pertractatam, uel intra et infra mensem, excessum vel excessus perpetratos, post quam predicti nostri Vasalli ac ciuitates moniti fuerint cum instancia et nos ulterius habuerint requisiti, ipso mense lapsa, prout et debent absque suspicione et quolibet serupulo ad ipsum Magnopolitanum declinare, et eum tenere pro Domino, tamdiu, quousque excessus perpetratos studuerimus cum effectu reformare. E converso vasalli sui et ciuitates prenotate nobis et nostris idem promiserunt. In quorum euidentis testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Anno Domini M^o CCC^o XXIII^o, feria quarta ante festum beate Marie Magdalene.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XI. Ritter Heinrich von Benz resignirt zu Gunsten des Bürgers Johann Perleberg auf Heubgen von 12 Hufen in Strasburg, die Johann Perleberg dem Rathe dieser Stadt aufläßt, am 9. September 1328.

Nos Henricus de Benz, miles, coram uniuersis publice confitemur, Quod Discreto viro Johanni de Perleberch, Ciui in Prinzlaw, et ad manus suas redditus XII manforum sitorum in Ciuitate Strazeburch resignauimus coram Inclito Domino nostro Lodewico Marchione, renuntiantes omni Juri, quod habuimus in eisdem. Predictus vero Johannes Perleberg prefatos redditus XII manforum sibi coram dicto Domino Lodowico Marchione resignatos ad manus consulum dicte ciuitatis Strazeburch resignat presentibus et dimittit. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum, Presentibus Honestis uiris Domino Seghero, preposito Stendaliensi, Hassone de Wedele, Ebelino de Benz, Frankone wlf et alijs fide dignis. Datum Anno Domini M^o CCC^o XX^o octavo, In castino Natiuitatis Sancte Marie virginis gloriose.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.